

Quid præfixa Pij, Lector, tibi, signet imago:
 Siste gradum, dicent Disticha pauca: lege.



Imbia fixerunt hominum quos crimina clavos;
 Avulsi pietas: Desine flere, Pie.
 Quid luges? imòque trahis de pectore questus?
 Non prohibet furor oscula; vitat amor.
 Quid pavidus trepidas? animo quid anxius optas?
 Vita fugit, vivas; non fugit, ut pereas.

Mortis! sub antidoto tegitur mortale venenum!
 Proh facinus tetrum! Proh scelerata manus!
 At: forsan luges veniam pro crimine poscens,
 Ut tua sic pietas vincat inulta, Pie?
 Clemens ergo Pium Sanctum, statuensque Beatum
 Clemens, haud clemens: iustus vterque fuit.